Lauserunt dociles flammam fuluam amnis. ALITER
Contulit hic uentus praetiosi membra metalli.
Quod finxere timent nec capiunt oculi. ALITER
Est nihil et teneo conuincit dextera uisum.
Stringitur artatis digitorum nexibus aura.

## PAPE ENNODIUS

Caelestis utilitatem sequacium cura disponit. Inauspicata bene
a deo promerentibus dona tribuuntur. Ingerit superna dispensatio
etiam quod supplicare humanitas non praesumit. Agnouerunt aduersarii
sedis uestrae quo propugnante uincantur. quod proxime de aquiligensi
redemtor noster persona reserauit. Et ideo inter excellentiam mune
rum diuinorum peto ut mei corona uestra meminisse non abnuat.
Inuitate enim ad famulandum plurimos qui quamuis longe positum
diligit obsequentem. uale.

## ENNODIUS EUGENITI UI

Postquam prima spei meae effectum dedere conloquia ad usum
sermonis oradiu feriata laxaui. animatur enim successibus
etiam cui per conscientiam non subpetit latiare seruditio. cessantibus
studiis saepe facundus gaudia reddiderunt. meroris nubila si
hilaritas depellet mox rutilantia per sudum uerba discurrunt.
Ita quia aut perfectos nos laetitia monstrat aut infantes facit aduer
sitas huicc mi domine uobis etiam adstipulantibus confirmantur.
ergo tempus prosperitatis amplexus reddo debendae salutationis
affectum. sperans ut circa me nobilis promissio quae plenitudine
gratiae sumpsit exordium quasi incrementis egena geminetur. uale.

## ENNODIUS AUITO

Licet multam nobis per litteras magnitudinis tuae occasionem
gaudii et lamenta pepererunt. cum ad hilaritatis obsequium
indix funeris sermo militasse p. Non tamen par lacrimis iocunditas
contigit nec meroris turbidum ex toto adloquii serena
depulerunt. per lineam adflictionem mentis de sancti decessione
pontificis etiam post desiderata conloquia ob hoc quia natura
rerum est ut quaelibet laetitia uel modici angoris conlatione
superetur. sed quid noua commemoratione facimus quae

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0208